



Hoc scribam in vento, in rosa et argento,
in mare illius flatus, in aequore vago.

Erit omnium concordia
in vocibus mille,
in miliis colorum,
in uno vexillo

Dulcis melodia, simplex poesia
ad amorem canendum,
ad mundum iungendum.

Illustres ministri amicitiae et amoris,
cordis praesidium in mundis etiam novis.

Est magica natio:
Alcatraz (1) illius nomen,
libertas eius verbum,
pax eius omen.

1 Res publica "Alcatraz" est condita in nomine amicitiae, artis et amoris in anno 2009.
Ei sunt vexillum variaque numismata, ministri Amicitiae et Amoris et Bonorum
Pulchrorumque. Cogitationum pro quinquaginta quinque incolis, laeti parva natione.



Vivere in caelo
ultra astra et lunam,
errare alis somnii cum vaga fortuna;
volare ubicumque inter lumina aeterna,
tam multae sunt stellae, auratae lucernae.

Est natio, "Caelestia" (2) , instar planetarii,
sub ducibus variis
sunt quoque denarii.

E lucibus flores pro somnio iam nato,
quod splendet in corde coeli stellati.

Hoc legam in vento,
in rosa et argento,
in aequore maris,
in vultu tuo hilari.



2- Res publica "Caelestia est condita in nomine caeli in anno 1948. Ei praesunt duces et "Caeli regina", necton numisma, quod vocant "celeston".





Olim in insulam (3) parvam, fatatam
puellae venerunt exilio damnatae.
Dies noctesque sperabant, at vano,
veniam parentum aut principis manum.

Parentes poenitum'st, venerunt ad puellas,
quae interim potitae elato castello.
Anni transierunt sine ullo periclo,
puellae illi insulae dederunt titulum!

3- "Mulierum insula" est parvum municipium siculum . Narratur olim hoc habitatum esse a
puellis domo profugis .

